



Regula Sancti Patris Benedicti

Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>

Moguntiae, 1604

X. Qualiter æstatis tempore agatur nocturna laus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

sanctæ Trinitatis. Codices autem legantur in vigiliis tam veteris Testamenti, quàm noui diuinæ authoritatis : sed & expositiones earum, quæ à nominatissimis doctoribus orthodoxis & catholicis Patribus factæ sunt. Post has verò tres lectiones cum Responsoriiis suis, sequantur reliqui sex Psalmi cum Alleluia canendi. Post hos lectio Apostoli sequatur, ex corde recitanda : & versus & supplicatio Litania: id est, Kyrie eleison : & sic finiantur Vigiliæ nocturnæ.

Capitulū.

Qualiter aestatis tempore agatur nocturna laus.

CAPVT. X.

A Pascha autem vsque ad Calendas Nouembris, omnis (vt supra dictum est) psalmodiæ quãtitas teneatur : excepto, quòd lectiones in codice, propter breuitatem noctium, minimè legantur : sed pro ipsis tribus Lectionibus, vna de veteri Testamento memoriter dicatur : quàm breue Responsorium subsequatur, & reliqua omnia, vt dictum est, impleantur : id est, vt nūquàm minus à duodecim Psalmorum quantitate, ad Vigilias nocturnas dicatur : exceptis tertio & nonagesimo quarto Psalmo.

Qualiter Dominicis diebus Vigilie agantur.

CAP. XI.

Dominico die temperius surgatur ad Vigilias. In quibus Vigiliis teneatur men-

suta